

libet, ante quam ipsi ambaxiatores recedant de Tergesto causa presentandi dictam potestariam; et ipsa statuta et syndicatum presentare debeant potestati electo per modum supradictum.

¶ Et si dicti ambaxiatores promisserint alicui potestati electo plus quam in statutis contentum, solvant comuni libr. quin- 5
quaginta par. et totum illud plus quod promisserint de suis propriis denaris. ¶ Et quicumque fuerit potestas huius civi-
tatis in medio anno, sequenti medio anno nec potestas nec capetanius esse possit. ¶ Et quicumque potestas acceptaverit
potestariam a die acceptationis predictae in antea usque ad 10
duos menses proximos sequentes venire debeat et teneatur ad dictum regimen, sub pena libr. mille par. comuni Tergesti persolvenda, quam penam dominium quod pro tempore fuerit exigi
facere teneatur et mittere unum syndicum ad exigendum dic-
tam penam. Et quod talis potestas petere non possit aliquam 15
gratiam alicuius termini vel elongationem termini ultra dictum terminum duorum mensium nec per se peti facere, et si peteret non debeat sibi dari nec alteri pro eo, et de predicta gratia •

14 A nulla preposta fieri possit in aliquo consilio, sub // pena cen-
tum libr. par. pro potestate et quinquaginta libr. pro quolibet 20
iudice et sacramento, et nichilominus talis preposta sit cassa et quidquid captum esset. ¶ Qui potestas si ad dictum ter-
minum duorum mensium non veniet ad suum regimen, quod elapsis dictis duobus mensibus dominium quod fuerit pro ten-
pore preponere possit et debeat infra octo dies in maiori con- 25
scilio super facto potestarie de novo fiendo, sub pena quinquaginta libr. par. pro potestate et vigintiquinque libr. par. pro
quolibet iudice, et nichilominus talis electio primo facta sit cassa et vana. ¶ Et quod ambaxiatores supradicti scribi fa-
cere teneantur a suo notario tam diem presentationis quam 30
acceptationis potestarie.